

ignibus tradunt. Huc illud pertinet Cratis, qui, ut tradit Plutarchus (in libro de lib. educ.), si licuisset, in altissimum urbis partem conscendisset, et se inde vociferaturum fuisse aiebat: *Quorsum ruitis homines, qui omne in comparandis pecuniis vestrum studium facitis, florum vero, quibus eas relinquitis, nullam sane curam suscipitis?* addendum censet Plutarchus, quod hi patres non aliter faciunt, quam qui magnam calecorum sedulitatem habent, cum interim pedem ipsum percipiunt: praepostera haec cura est, etenim prius pedis, postea calecorum ratio habenda; prius de liberorum virtute, postea de corpore habenda cura. Felicitas est, filios habere bonos; infelicitas magna, haec praesens.

Tertium tandem bonum matrimonium est sacramentum, quo contractus naturalis utriusque coniugis ad supernaturalium rerum ordinem elevatur ex Christi Domini institutione, in quo maxime discriminat christianorum matrimonium a matrimonio infidelium: hoc enim solum importat mutuum utriusque consensum, istud vero secum affert mysterium significationis, tum unionis hypostaticae humanae carnis cum persona Verbi divini, tum spiritualis connubii Christi cum Ecclesia, Apostolo dicente (ad Ephes. 5): *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, et in Ecclesia. Magnum certe vocat illud propter excellentiam rei significatae. Quod autem ibidem ait Paulus de uxore loquens: Propter hanc relinquit homo patrem, et matrem suam, et adhaeret uxori suae, et erunt duo in carne una, manifestum est, Christum Dominum praestitisse: etenim Patrem relinquit, non quod a Patre recesserit, sed quoniam in ea forma non apparuit, quod Patri est aequalis. Reliquit Patrem, interpretatur d. Augustinus, quia exinanivit semetipsum, formam servi accipiens; reliquit vero matrem, id est, Synagoga, ex qua ortus est, eodem Augustino interprete, adhaesit autem Ecclesiae per amorem, et charitatem: et sunt duo in carne una, quia Christus humanam carnem habet, carne etiam constat Ecclesia, cuius ipse caput est. Atque hinc est, quod quemadmodum Verbum a carne Christi, nec ipse Christus ab Ecclesia unquam separatur, sic, nec vir ab uxore separari licet, matrimonio consummato, iuxta illud Pauli (ad Rom. 7): *Quae sub viro est mulier, vivente viro alligata est; si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri.* Dixi, consummato matrimonio: quia ante eius consummationem licitum est virum, et similiter uxorem statum religionis approbatae assumere, et tunc per professionem, quae sublimis, et excellentissimum matrimonium genus est, praecedens matrimonium dissolvitur, ut sacrum concilium Tridentinum definiit, et sacrorum canonum statuta docent. Hinc etiam efficitur, ut, sicut Verbum, et caro, Christus, et Ecclesia ardentissimi amoris vinculo sunt coniuncti, ita uxor, et vir mutuo amore sibi invicem consentientes esse debeant. Unde Hugo Victorinus (l. 1. de Sac. par. 6. cap. 33) sapienter dixit: *Facta est autem de latere viri, ut ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, non forte, si fuisset de capite**

*facta, praeferenda videretur viro ad dominationem, aut si de pedibus, subditenda ad ancillitatem. Quia igitur viro nec domina, nec servitia parabat, sed socia, nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda, ut iuxta se ponendam cognosceret, quam de iuxta se sumptam didicisset; hactenus ille. Antiqui, ad significandum mutuum amorem, et benevolentiam inter virum, et uxorem necessariam, proferbant in nuptiis duas faces ardentes; a quo non abhorret, quod Salomon ait (Cant. 8), dum ad significandum amorem sponsi, et sponsae ait: *Lampades ignis, atque flammurarum; aquae multae non poterant extinguere charitatem. Quia tamen mutus utriusque coniugis amor honesti amoris terminos quandoque transillire solet, diligenter curandum est, ne ardens ille amor in libidinis amorem convertatur. Ut enim legitur (in cap. orig. 32. q. 4): *Adulter est, in sua uxore amator ardentior, in aliena quippe omnis amor turpis est, in sua minus; sapiens ergo vir iudicio debet amare coniugem, non affectu, regendo impetus voluptatis, ne praecipit feratur in coitum. Nihil est foedius, quam uxorem amare quasi adulteram; haec ibi.***

Atque ex his omnibus, quae hucusque diximus, colligo, quod cum matrimonio, non solum in quantum sacramentum, sed quatenus quidam naturalis contractus est, ad filiorum procreationem sit ordinatus, et mutuum amorem inter virum, et uxorem fovendum, multaque bona secum afferat, etiam in statu innocentiae vigeret, si Adam non peccasset: licet enim gravissimi patres, divus Hieronymus (lib. 1. ad. Iov.), divus Damascenus (lib. 2. ad. cap. 30, et lib. 4. cap. 25), divus Chrysostomus (homil. 18. in Genes.), Euthymius (in comment. hui. loc.), a statu innocentiae nuptias omnino excluderint, quos secutus Barsepha Syrus (in lib. de Parad. par. 1. cap. 23) haec verba habet: *Dicimus, humanum genus fuisse tunc multiplicandum, et quidem absque concubitu: nam et angeli multi evaserunt, sed absque nuptiis. Ceterum tantorum venia, celebres alios Ecclesiae patres sequens, nulla ratione dubitari posse autumo, in statu innocentiae, si perseverasset, futuras esse nuptias, et per commixtionem maris, et foeminae filios esse progignendos: ita affirmat divus Gregorius (in Ps. 50) dicens: *Primi parentes sine peccato filios ederent, si in paradiso positi in conditoris obedientia persistissent. Idem docuit divus Augustinus (lib. 9. sup. Gen. ad lit. cap. 3), d. Thomas (1. par. q. 98. art. 2), Hugo Victorinus (lib. 1. de Sac. par. 6. cap. 24), et alii. Unde communis est theologorum sententia, matrimonium ante peccatum in officium fuisse naturae, hoc est, ad progignendos liberos institutum; post peccatum vero, etiam in remedium concupiscentiae datum; quam doctrinam desumpserunt ex eodem Augustino (l. 9. in Genes. ad lit. cap. 7) dicente, *quod sanis possit esse officium, sit aegrotis remedium. Sanos vocat existentes in statu innocentiae, aegrotos vero genitos post peccatum. Ratione etiam duplici idipsum comprobo; tum quia in statu innocentiae duxit primus parens uxorem, non***

HOMILIA II.

Matrimonium ex ea praecipue causa dis-suadet, quod valde difficile sit, probam invenire uxorem; si tamen nubendum sit, mutus inter coniuges oportet vigeat amor, ut felix sit connubium, in eadem verba: Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae.

Quamvis non difflear, bonum, ac laudabile esse matrimonium, Apostolo dicente (1. Cor. 13): *Honorabile connubium, et thorus immaculatus; nemo tamen catholicus mihi inficiabitur, laudabilis esse non nubere, eodem Apostolo id attestante (1. Cor. 7): Bonum est homini, mulierem non tangere. Omisissis autem permultis rationibus, quibus ad id suadendum uti potuissem, eam solum in medium producam, quam quidam philosophorum dixit, quia rara phoenix, mulier bona, cui consonat illud d. Hieronymi: *Optima foemina, rarior est phoenix.* Unde, qui nubet, si hanc phoenixem non inveniat, magno periculo se committit, ac ingenti illi malo se involvit, ne pro Sara Agarum, et pro Rachele Liam, et pro proba improbam ducat: nulla enim trauceior, et inhumanior bellua, quam mulier mala. Quid inter quadrupedia animalia leone saevius? sed nihil ad hanc; aut in serpentibus, quid dracone atrocius? sed hic quidem cum muliere mala, et linguosa conferti non potest: nam et leo, et draco in malo inferiores sunt, ut Salomon dixit (Ecl. 25): *Cochiliaria leoni, et draconi melius est, quam cum muliere mala, et lingua.* Et ne putes prophetam per ironiam hoc dixisse, ex ipsis rebus discere manifestus. Daniele in laeu leones reverit nisi, iustum vero illum Nabothem, lezabeb interfecit. Coetus in ventre Ionam custodiivi; Dalila autem Sampsonem circumventum illecebris, raso etiam capite deformatum alienigenis tradidit. Dracones, et aspidēs Ioannem Baptistam in deserto viventem subdila virtute timerant; Herodias vero eidem caput abscedit. Heliam in monte corvi paverunt, et lezabeb post illam reddita per ipsum terris pluviae gratiam, eundem persequebatur: timuit Helias, et abiit in desertum, qui totius mundi statum, et coeli pluviam linguae potestatis portaverat, qui ignem et coelo eduxerat, qui mortuos suscitaverat, hic timuit mulierem. Non est quidem malitia super malitiam mulieris. Per mulierem Adamum satan in paradiso prostravit, et de paradiso exterminavit. Per mulierem militesimum David in homicidium Uriae armavit. Per mulierem sapientissimum Salomonem in praevocationis sacrilegium praecipitavit. Per mulierem, fortissimum Sampsonem ligavit, emeravit, excoecavit, et in manus hostium tradidit. Per mulierem castissimum Ioseph vinculis alligatum detrusum in carcerem. Per mulierem diluivum in totum orbem induxit, et vix septem annos propagando generi reliquit. Propter mulierem Madianitidem populum Isracliticum fornicatione, et idolatria commina-*

calavit, et in Dei odium adduxit. Per mulierem Sichimiam olim delevit, et Patriarcham Jacob exosum Cananaeis fecit. Propter mulierem tribum Benjamin integram fore ad interfectionem cecidit. Per mulierem tandem cuncta prosternit, et ingulat, innumeros interficit, totidem elidit repletos ignominia, et in honore vacuatos. Mulier enim impudens nemini parcat, non levitiam honorat, non sacerdotem reveretur, non prophetae desert. Malum omni malo peius, mulier impia. Scio ego, et aspides blandimentis incantantium mitigari, et leones, et tygres, et pardos, domita fertitate, mansuescere; mulier mala nunquam placatur, timore enim Dei nescit frenare linguam; unde nec in futurum iudicium prospicit, neque ad Deum attendit, nec amicitiae iura servare, nec religionis fidem novit vereri. Nihil est ei, virum suum tradere ad mortem. Volebat iustum illum Iob mulier ad mortem dare: *Benedic, inquit, Deo, et morere.* O execranda malignitas? non est miserta viro suo, cum videret omnia eius membra ulceribus ignitis ardentia: non est inflexa ad misericordiam, cum aspiceret eum doloribus involvi, et duris cruciatibus constrictum in agone funereo confictari: non est mitigata affectu uxoris, cum illum, quem regali quondam purpura amictum viderat, tunc in aggere stercoris, mutato corpore, iacentem videret: non est recordata pristinae consuetudinis suae cum eo, neque quanta per ipsum gloria in divitiis, et honoribus floruisse, sed oblita omnium bonorum, quid ait *Iob 2? Benedic Deo, et morere.* O gratia coningalis, o malagma doloribus leniendis accommodatum.

Vis videtur et aliam in malitia suppreme? Da mihi Dalliam: nam, ut supra dicere caepi, ipsa fortissimum illum Sampsonem virum suum novacula rasum, et vincium Allophilis hostibus, in praedam, et ludibrium tradidit: illum cubilis sui coningem, cui mollissime blandiebatur, et quem se ipsa chariorem habere existimabat. Et quibus odiorum causis displicuerat uxori? forte non erat speciosus? et quis eo pulchrior illo tempore videbatur? qui septem erines sacralo vertice in septiformis gratiae imaginem praeferebat? An vero non erat fortis, et contemptu ignaviae spernebatur? et quis illo fortior, qui leonem terribilem venientem sibi obvium, solus, et inermis iniecit manibus strangulavit, et sicut haedum caprarum discerpit? quis illo robustior, qui una die vetustis ossibus asini mille Philisthaeos prostravit? sed praeterea et sanctus erat, atque in tantum sanctus, ut, cum sisset post laborem pugnae in loco siccio, deprecatus in defectu animae suae Dominum, statim eis ipsa maxilla, quam in manu tenebat, erumpentem aquam biberit: atque inde sibi aestum ex eodem mortui pecoris osse, quo vicerat, reflectus extiterit: et hunc talem, et tantum virum, et pulchritudine, et virtute, et sanctitate uxor sua sicut inimicum despiciens, alligans Allophilis tradidit. Unde illi forti viro praevaluit? unde? nisi ingentia malignitate, namque subdola irrepit in praecordia mariti simplicis, et importunis obscrationibus,

atque illecebrosis blanditiis fatigatum, arcano illo virtutis suae martyrio spoliavit, atque ita derasis crinibus virtute nudatum funditus evertit, ut quem multa militia hostium armata non vicerant, et ab inermi prostrata corruebant, hunc uxor propria sine armis, dolo malitiae armata convicerit. Die mihi, quae bestia contra masculum suum talia aliquando meditata est? quae dracona vultu masculum perdat? quae leaena marem suum iugulandum tradidit? Vides ergo, quam apte dixit Sapientis (Ecc. 23): *Quoniam non est caput super caput serpentis, et non est malitia super malitiam mulieris.*

Subeant istud theatrum malitiae muliebris, et aliae, ne morbo invidiae tabescant, quod prae illis famosis, nihil ex hac gloria populari decerpere, si illas silentio obvolverem, potuerint. Veni tu, Clytemnestra, et auxilian-te Aegysto, quo cum stupri consuetudinem habuisti, Agamemnonem maritum interficere. Succedat Semyramis, quae cum a marito Nino intrasset, ut diem unum, modo in regio sederet tribunali, obiretque manus regem, iuridicendo, faciendoque quae viderentur, exploratis satellitum animis, Ninum ipsum apprehendi iussit, et in vincula coniecit, ac postremo interimi. Hoc celebrius factum, quod sequitur: Danaus Beli filius quinquaginta habuit filias, quae totidem Aegypti filiis nupservant; factaque simul coniuratione omnes maritos nocte una interfecerunt, praeter Hypermetram, quae Lino viro suo peperit. Amphyratas vaes, quem praevidisset, se periturum Thebis, si eo ad bellum proficisceretur, coniecit se in laebas, et occultavit; eum tamen prodidit uxor Eryphile spe habendi montis aurei, quod gerebat Polyces: itaque uxoris fraude coactus ire Thebas, hiatu terrae absorptus dicitur. Fabia mulier Fabium Fabricianum interfecit, ut liberius posset lascivire cum Petro-nio Valentiano liberali forma adulescente, quo cum adulterii consuetudinem habebat. Livia Caesaris Augusti uxor verita, ne Agrippam filium Agrippae in urbem revocaret Augustus ad imperium ei relinquendum, flos ad-huc pendentes in arbore, quas Octavianus manu sua decerpere conseraverat, illiviv veneno, eum-que ipsa comederet eas, quae illitiae non erant, ei venenatas offerebat. Unde cum profectus in Campaniam, ludos apud Neapolim faceret, Nolae extinctus est. Scribit Volterranus, Albinam quandam Syriae regis filiam duas, et triginta habuisse sorores, quae totidem maritos interfecerunt, expulsasque propterea a patre, venisse in Britanniam, et a nomine, Albiniae, insulam vocasse: *Albionem.* In hoc ordine lego Circeam veneficam, quae Sarmatarum regem, cui nupservat, veneno necavit. Lego Helenam, quae Desiphobum, cui, post Paridem adiuncta erat, toto corpore in honestis plagis deformata, ex insidiis occidit. Lego Candaulem Lydorum regis coningem, quae cum Gyge sa-tellite contra maritum conspiravit. Lego The-bem Alexandri Phereae uxorem, quae ipsum dormientem iugulavit. Lego Lucillum Drusi consortem, quae cum Seiano adultero in mari-riti mortem consilium inivit, suamque operam

adhibuit, ut ille veneno interficeretur. Lego Agrippinam Tiberii Claudii maritum veneno sus-sulisse. Lego Gaudulphum pro fide Christi martyrem ab uxore interemptum esse; et quis alias numeraret Locustas, Lucilas, Cosimundas, Ioannas, Friedundas, Elizabethas, quae maritis exitio fuerunt, hocque nomine famam posteritati reliquerunt? Inscribebam itaque haec elogia arae muliebris: *Rara phoenix in mundo, bona mulier, et melius est, cohabitari leoni, et draconi, quam mulieri malae, et quatuor, M, M, M, M, Mulier, Mala, Mors Mariti.* Bene, bene dixerunt ante nos alii:

Ah? crudele genus: nec fidem foeminae nomen. Ah? pareat, didicist fallere, si qua virum.

Secundus philosophus, quaerenti quid esset mulier mala? respondit *Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitae captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum balium, bellus conviva; sollicitudo considerens, leaena complectens, exornata Scylla, animal malitosum, malum necessarium.* O si ista ego singulim deducere, quam gratiam a vobis, impugni, habere, ne in hanc Scyl-lam incidatis? *Viri naufragium, inquit, est mulier: nam illud vulgare discicum, ex tri-pode, contemendum non est:*

Adam, Sampsonem, Petrum, Davidem, Salomonem.

Decepti mulier: quis modo tutus erit?

Quid plura? Certe Pythagoras interrogatus, qua de causa infestissimo suo hosti filiam in uxorem dedidisset? respondit, *quia nihil ei dare poterat detur.* Democritus etiam philosophus cum corpore magnus esset, et parvam duxisset uxorem, cuidam causam interroganti respon-disse fertur: *Ego in eligendo malo quod mi-nimum erat, elegi; sed melius Aristippus, qui mulierem parvam, sed pulchram conspicu-at, dixit: Parvum quidem pulchrum, magnum autem malum.* Ac demum facete magis vide-tur mihi locutus Diogenes, qui videns mulie-res ex oliva pendere laqueo praefocatas, con-tinuo dixit: *Utinam, et ceterae arbores similes ferrent fructus.*

Sed audiamus iam praecleara multa, quae in hoc genere argumenti divus Hieronymus (lib. 1. aduers. Iovin. tom. 2) matrimonium dissua-dens, erudite scripsit; etenim adducens verba illa divi Pauli (1. ad Cor. 7): *Nolite fraudari invicem, nisi forte ad tempus, continuo subiungit: Oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipi non permittit, quomodo impleo mariti officium, non impleo christiani: per quae ultima verba non est intelligendum, divum Hieronymum exsistimas, matrimonium non decere christianum hominem, sed solum velle, quod, cum esse ma-ritum, commune sit Gentili, et Christiano, per hoc quod exerceat officium mariti praeci-se, non exerceat officium Christiani.* Deinde ibidem idem sanctus doctor haec praecleara subiungit: *Marta Catonis filia minor cum quaere-retur ab eo, cur, post amissum maritum, de-nuo non nuberet? respondit, non se invenire vi-*

rum, qui se magis vellet, quam sua. Quo dicto ostendit, divitias magis in uxoris eligi so-litum, quam pudicitiam, et multos non oculis, sed digitis uxores ducere. Optima sane res, quam avaritia conciliat. Eadem cum laceret virum, et matronae ab ea quaererent, quem diem haberet luctus ultimum? ait: *quem, et vitae.* Annuum cum propinquum moneret, ut alteri viro nuberet; esse enim ei, et aetatem inte-gram, et faciem bonam: *Nephaquam, inquit, hoc faciam, si enim bonum virum invenero, nolo timere, ne perdam; si malum, quod necesse est, post bonum pessimum sustinere?* Valeria Mes-salorum soror, amisso Servio viro, nulli vole-bat nubere, quae, interrogata, cur hoc faceret? ait: *Sibi semper maritum Servium vivere.* Fertur aureus Theophrasti liber de nuptiis, in quo quaerit, an viri sapienter ducat uxorem? et cum definisset, si pulchra esset, si bene mo-rata, si honestis parentibus, et ipse sanus, ac dives, sic sapientem aliquando inire matrimo-nium, statim intulit: *Haec autem in nuptiis raro universa concordant: non est ergo uxor ducenda sapienter.* Primum enim impediit ai-cibat studia philosophiae, nec posse quempiam libris, et uxori pariter inservire. Multa esse, quae matronarum usibus necessaria sunt, pre-tiosae vestes, aurum, gemmae, sumptus, ancil-lae, suppellex varia, lectica. Ac tandem eod-lem loco inter alia observatione digna haec habet: *Cicero rogatus ab Hirco, ut post repu-dium Terentiae sororem eius duceret, omnino facere supersedit, dicens: non posse se, uxori, et philosophiae pariter operam dare.* Deinde sub-dit: *Legimus, quendam apud Romanos nobilem, cum eum amici arguerent, quare uxorem for-mosam, et castam, et divitem repudiasset? pro-tendisse pedem, et dixisse eis: et hic saccus, quem certatim videtur nobis novus, et elegans, sed nemo scit praeter me, ubi me primat.* E-picurus voluptatis assertor, raro dicit sapienter inuenda coniugata, quia multa incommoda ad-mixta sunt nuptiis; grave autem aicibat esse, viro sapienter venire in dubium, utrum bonam, an malam daturus sit? Idem in epistula Valerit ad Ruffinum (tom. 9) sic ait: *Phoroneus rex, qui legum thesauros populis praedicare non incidit, sed is primus Graecorum studia de-curavit, die, quae iam universalitatis ingressus, ait Leontio fratri suo: ad summam felicitatem in-ducit mihi deesse, et dixisse ei: si uxor mihi semper defuis-set. Cui Leontius, et quomodo uxor obstat? ad ille: mariti omnes sciunt. Amice, utinam tu se-mel maritus fueris, et non sis, ut scias quid felicitatem impediatur: et infra: Paeuvius flens ait Arrio vicino suo, amice, arborem habeo in horto meo infelicem, de qua prima uxor mea se suspendit, postmodum secunda, iam nunc ter-tia. Cui Arrius: miror te in tot prosperis suc-cessibus lacrymas invenisse: Diu boni, quot i-terum tibi dispensia arbor illa suspendit; amice, da et mihi de illa arbore surculos, quos seram: amice, timeo ne te oporteat arboris illius sur-culos mendicare, cum iam inveniri non poterunt.*

His omnibus non possum non adnectere e-gregia quaedam, quae d. Ambros. tradit (lib. 1. de Virgin. tom. 4), ubi haec lego: *Conferamus, si placet, bona mulierum nuptiarum cum*

ultimis virginum: iactet licet foecunda se mulier nobilis partu, quo plures generavit, plus laborat: numerat solatia florum, sed numerat pariter et molestias; nubil, et plorat, quae sunt vota, quae fentur? concepit, et gravescit. Prius utique impedimentum foecundatis incipit offerre, quam fructum parturiri, et aegrotat: quam dulce pignus, quod a periculo incipit, et in periculo desinit, prius dolori futurum, quam voluptati: periculum emittit, nec pro arbitrio possidetur. Quid recenseam nutriendi molestias, et instituendi, et copulandi? felicitum sunt istas miseriae. Habet mater haerentes, sed augeat dolores; nam de adversis non oportet dicere, ne sanctissimorum parentum animi contremiscent. Vide, mea soror, quam grave sit pati, quod non oportet audiri, et haec in praesenti saeculo. Venient autem dies, in quibus dicent: Beatae steriles, et ventres, qui non genuerunt. Quid ergo famulatus graves, et addicta viris servituti replicem foeminarum, quas ante iussit Deus servire, quam servos? quibus hoc si probae sunt, merces est claritatis; si improbae, poena delicti.

Celerum, quia nec rationi consentaneum est, nec omnibus, et singulis expediens, a matrimonio se abstinere, cum et filiorum procreatio necessaria sit ad conservationem generis humani, et multi, velut suae concupiscentiae antidoto, matrimonio indigeant, illud unum documentum, quod instar mille esse arbitror, nuntiantibus omnibus praebet d. Paulus (ad Eph. 5) omni acceptione dignum: *Viri, diligite uxores vestras*. Quo etiam involute monet mulieres ut diligant viros suos: haec enim mutua dilectio adeo pergrata Deo esse perhibetur, ut Salomon inter tria, quae mirum in modum Deo placita recenset, tertio loco apponat (*ibidem*): *Vir, et mulier bene sibi consentientes*. Revocate quaeso in memoriam Pythagoricum illud symbolum: *Panem ne frangito*, quo minime prohibet fractionem panis ad comedendum: haec enim, si non fieret, quam inurbanum esset, nemo est, qui non videat. Sublimius ergo quidpiam aliud insinavit philosophus. Etenim panis symbolum est amicitiae. Unde apud praesens Polonus veget, amicitiam pane conciliari: idque in eo fundari arbitror, tum quod panis ex multis granis in unum collectis conficitur; tum quia, sicut praecipuum hominis alimentum est panis, ita et potissimum unionis, et amicitiae nutrimentum est amor. Cum igitur Pythagoras, *panem ne frangito*, dicat, iubet amicitiam et unionem non esse frangendam; quae procul dubio, si inter alios, maxime tamen inter coniuges, constans, ac firma esse debet, utpote, quibus caro una, fides una, proles communis, et sacramentum individuum est: haec enim ratione et ad invicem fidem servabant, filios honeste insistent, et sacramenti sanctionem religiose colent, sique bene sibi consentientes Dei spiritum recreabant. Huc etiam facit, quod olim veteres illi Venerem iuxta Mercurium collocabant, eandemque Venerem pede Polypum prementem depingebant, ut docerent, coniuges, quae ad invicem sibi postulassent, non rixando, sed persuadendo, instar eloquentis Mercurii, impetrare debere:

tum, ut insinuarent conformationem in amore reciproco, sub Veneris pede apponebant Polypum, siquidem natura sua recipit rerum vicinarum colores, sequae in eos quodammodo transformatur; sic boni coniuges suos ad invicem bonos mores, et affectus in omnibus sibi bene consentientes conformare debent.

Huius autem mutuae consensionis, et conjugalis amoris heroica quaedam exempla referam, ut eorum vos doctrina instruat, et mutuum dilectionem, vel servandam, vel suscitandam, vel certe fovendam assurgat, quae omnia commemorat perquam eruditus auctor Abraham Bzovius (tom. 1. *Domin. 2. post E-piph. conc. 3*). Inter viros prodeat Dominicus Catalusius, qui Lesbi rerum polebatur, qui singulari memoria amore dignum erga uxorem ostendit, quae cum in lepram incidisset, vir minime veritus a contagione se infecti posse, haud aspectus horrore avertit, etenim illuvies magis quam vivum corpus videri poterat, neque tetro odore, quod ulcera mellebant, nunquam, aut mensa, aut lecto communi eam prohibuit: coniugalis enim charitas apud eum contagionis timorem, et turpem conspectum, odoremque in securitatem, voluptatemque verterat, quod eam, iuxta Dei verbum, eandem carnem, secum esse arbitrabatur. Publius Rubrius Celer vixit cum Caia Ennia uxore sua annos quadraginta tres, et menses octo sine ulla querimonia mutua. Sed nobilitas est illud, quod Tiberius Graecus fecit. Is angustibus domi suae mare, et foemina apprehensis, certior factus ab auspice mare demisso uxori eius, foemina sibi celerem obitum instare: salutarem coniugii potius, quam sibi partem seculi angustii, mare necari, et foeminam dimitti iussit, sustinuitque in conspectu suo seipsum in interitu serpentis occidit, ut supersitem Corneliam uxorem charissimam post se relinqueret.

Inter uxores offert se Abigail, quae Nabalem sortita virum, licet stolidum, et pervicacem, coluit tamen eum insigni charitate; cui cum Davidem iratum cognovisset, et ad illius exitum cum armatis appropinquare cerneret, obviam prudens muller cum magnis muneribus illi facta est; adeoque praeferec, et i-rati juvenis animum circumdedit, ut ex inimico confestim amicus David illi, et ex hoste hospes factus sit. Hipsierateia regina Mithridateia coniugem suum effusis charitatis habentibus amavit, propter quem, praecipuum formae suae decorem in habitum virilem convertere, voluptatis loco habuit: tonsis enim capillis, equo se, et armis assuefecit, quo facilius laboribus, et periculis eius interesset; quin etiam victum a Cn. Pompeio, per efferatas gentes fugientem, animo pariter, et corpore infatigabili secuta est, cuius tanta fides asperam, ac difficilium rerum Mithridati maximum solatium, et iucundissimum lenimentum fuit, domo enim, et penatibus vagari se credidit, uxore simul exulante. Verum non minus magnum coniugalis amoris illud signum fuit, in Iustiniano Veneti uxore, dignum certe, quod coniugibus in exemplum benevolentiae erga viros suos statuatur. Bernardus Iustinianus Senior ex Qui-

rina familia uxorem longe pulcherrimam, am-nimique dotibus praeterea insignem ita sibi iunxerat, ut felicissimum illud coniugium passim omnes ominarentur: si quidem ex ea tres liberos suscepit, Leonardum videlicet, postea d. Marci procuratorem, quae dignitas apud Venetos post decem est prima; et Marcum, qui primus Bergamo de Philippi Mediolanensis ducis manibus a Venetis exiit, Praetor designatus praefuit, cum tanta nominis sui dignitate, ut etiam hodie eius memoria celebris sit; et Laurentium postremo, qui a primis annis religionem ingressus, qua iam tum puer imbutus erat, Venetis postea Olivolensis antistes declaratus, moxque etiam patriarchae dignitate insignitus, moriens postremo inter divos relatus est. Sed, ut ad id, quod est operis, redeamus. Quum Bernardus ipse juvenis adhuc vita excesserit, relicta uxore, quae quartum, et vigesimum vitae annum nondum expleverat, ut interea vitam saepe despondere tentaverit, maritumque sequi, nisi affines illam, et cognati diligenter observassent. Quare conversa ad filios tres, sub quorum specie eminebat pater, sic educare eos, et alere coepit, ut christiana pietate dignos eos redderet. Qua ex re vigiliis, et ieiuniis quotidianis vacans, pauperumque cultui assidue inservens, spectantibus singula quotidie liberis, cilia veste pro interula tunica utens, lumbosque suos catena aenea cingens, sic disciplina sua pignora instruit, ut tria civitatis Venetae numina enixa videri poterit. Coronidis loco addam amorem Alestis erga Admetum maritum Thessaliae regem. Is, cum morbo laboraret, consultae oracula respondissent, futurum cum inco-lumen, si quis amicum pro eo mori vellet, sola uxor, recusantibus pietatem illam ceteris amicis, pro viri salute morte se devoverit. Unde poetae fabulati sunt reviviscendi munus ei a diis concessum.

Ad extremum, nonnullos ex antiquis Patri-bus consulamus, qui de necessitate unionis, et concordiae inter virum, et uxorem utilia multa docere. D. Basilus (*lib. de vera virg. ad Melit. Episc. tomo secundo*), illud incommodum ante oculos ponit virginibus, si nubant: *Si quidem virum bonum, blandumque nacta fuerit, perpetuo ne moriatur metum, viduitatis incommoda, cruciatibusque iam sustinet, diram quandam, et imminetent curam, et praesente illo, et absente propter desperatos casus, animo inde-sinenter excipiens*. Si vero contra duro, et im-mittit fuerit conjuncta, tota quidem vita illi cruciatibus est, et cum pudicitiae ratione neutrum quae eligere, id est, nec viri mortem, propter viduitatis angustias, nec vitam, ob molestiam, incommodumque convictus, accipit, atque inevitabili malo, acerrimisque doloribus semper at-teritur. D. Chrysostomus (*homil. 38. in Gen.*) inter pleraque alia, quibus viros ad amorem, et concordiam cum uxoris habendam scribitur, haec observatione maxime digna scrip-sit: *Audiant viri, et imitentur iusti lenitatem, et tantum honorem, ac reverentiam mulieribus tribuant, ut, et imbecilli vasculo parcant, et concordiae vinculum crescat. Illae enim verae sunt dititiae, illae maxime sunt facultates, si*

vir cum muliere non discordet, sed coniuncti sint, ut corpus unum. Erunt enim, inquit, duo in carne una. Tales, etsi in paupertate sint, etsi in civitate, omnium sunt beatissimi; veram percipiunt voluptatem, et in continua consistunt tranquillitatis. Sicut contra, qui non frum-tur, sed zelotypia laborant, et hanc paucis am-ittunt, etiam si magnis affluent diuitiis, etiam si sumptuosas habeant mensas, etiam si clari fuerint, ac nobiles, miserriam omnium sunt: tur-belas, et fuctus sibi quotidie excogitant, nul-lamque voluptatem habere possunt, interno bel-lo omnia confundente, multaque eis amaritudinem invehente. Idem etiam sanctus Chryso-stomus (*homil. 26. in prim. epist. Pauli ad Corinth. tom. 4*) quaedam magni momenti docu-menta coniugibus praebet ad mutuum amorem, et concordiam fovendam; sic enim loquitur: *Cum virum tuum admono, ut te amet, et colat, non permittito, ut legem mulieri positam ipse in medium adducat, sed quae ipsi viri scripta est, exigo. Tu igitur, quae decet, optato duntaxat, et exhibe te viri facilem, vel potius, si propter Deum, viro parceris, noli mihi propo-tere, quae ab eo fieri deccant; sed ea quibus te legislator fecit obnoxium, diligenter exequere. Hoc enim est maxime Deo parere, si ad-versa etiam patiens, legem non praeracris. Propterea qui amicum amat, nihil sibi magnum facere videtur; qui vero uxorem colit, hic maxime coronatur. Eodem et tu modo considera, quod si modestum virum pertuleris, et mansuetum, quodnam tibi praetium Deus dabit? Si autem immodestum, crullissimum coronam accipies. Haec autem dico, non ut viros in mulieres caesperrari admono, sed suadeo mulieribus, ut viros etiam asperiores perferant. Quando enim uterque suum nititur implere officium, etiam proximi utilitas sequitur: ut exempli gratia, quando mulier asperiores virum perferre parata est, et vir molestiores etiam mulierem contumelia non afficit, tunc omnia quietasunt, et portus tibi tranquillissimus patet. Ita praesens fiebat temporibus: suum unusquisque officium implebat, non quod proximum deccret, requiebat. Considera quaeso: Accepit fratris filium Abraham, scilicet Loth in domum suam, non accusavit uxorem: iussit, ut longum iter faceret, non contradixit, sed mandatum secuta est. Item, post multas illas miserias, sudores, et labores, omnium dominus factus, cessit ipsi Loth Abraham praelatione illa, et non solum non aegre tulit Sara, neque quidquam late locuta est, quemadmodum multae hoc tempore mulieres assolent, cum in huiusmodi parte viros suos inferiores videant, et maxime minoribus comparatos esse, stultos eos, dormientes, efflorentissimos, proditores, stupidos, exprobrando appellat. At Sara non modo late quidquam non dixit, sed nec cogitavit quidem. Cuiusque vir eius multa vellet aggredi difficilia, propterea, ut Loth consobrinum suum ab hostibus liberaret, illa la-cuit, nec viri contradixit voluntati. Sed ani-madvertite, quomodo uterque decorem servat, neque Abraham Saram, tanquam sterilem contempsit, neque quidquam late exprobravit. Ac tandem idem d. Chrysostomus (*ibid.*) virorum*

excusationem in proprias uxores excandescen-
tium, dum dicunt, ab eis ad iracundiam irri-
tari, in haec verba consultat: *Sed incitat mu-
lier, inquit: Verum considera mulierem, debile
vas esse; tu autem viri propterea princeps fac-
tus es, et capitis loco datus, ut subditae foras
inbeccillitatem. Valis igitur tuum illustrare prin-
cipatum, quod facies, si subditas non insula-
veris; et quemadmodum rex tanto clarior ap-
paret, quanto praefectum suum clarior emen-
dit; quem si inhonoraret, et contumelia illius
dignitatis magnitudinem officeret, non parvam
gloriae suae partem auferret. Itidem et tu, si
illam, quae post te secundum obtinet locum,
contumelia afficis, non parvam tui principatus
honori derogas. Haec igitur omnia tecum repula,
et modestus sis, et cum his illius noctis recor-
dare, qua advocato te ad se pater, tanquam de-
positum quoddam filiam dedit tibi, et omnibus
relictis, matre, domo, et seipso, omnem eius
curam tuae dexterarum commisit. Portus est mu-
lier, et macinum securitatis remedium; quod
si ventis, et fluctibus portum liberaveris, ex
foro reversus, tranquille vicees: quod si pertur-
batione, et tumultu impleveris, tibi ipsi longe
gravius strues naufragium. Quotiescumque ergo
aliquid molesti domi contigerit, si quid uxor
peccavit, consolare, et noli moerorem augere:
licet enim omnia proicias, nihil molestius con-
tinget quam non habere domi benevolam uxorem,
licet quodcumque dixeris peccatum, nullum magis
dolerendum invenies, quam cum uxora sedi-
tionem habere. Quod si invicem oera ferenda
sunt, multo magis uxoritis: etsi pauper sis, noli
exprobare: etsi stulta, noli ei insultare, sed
esto modestior. Tenem caro una facti estis, sed
stulta est, ebria, iracunda: igitur detestamur
non irascendum; et Deo supplicandum est, et
ipsa admonenda, et adjuvanda consilio, et om-
ni conatu adjuvandum, ut illis liberetur affecti-
bus; haec d. Chrysostomus. Quibus solum ad-
iungam verba d. Ambrosii (lib. 1. de Virgine.
tom. 4.), monentis uxores adhibito viperarum
exemplo, ut omne iracundiae venenum longe
a se eliciant: *Viperam absentem requirit, absen-
tem vocat, et blando proclamat sibilo, atque
ubi adventare comparem senserit, venenum ecom-
mit: reverentiam marito exhibens, reverentia
nuptiale gratiam. Tu mulier advententem de
longinquo maritum contumeliis repellis; tu li-
tium nocens venenum, non reitcis, tu coniugal-
is amplexus tempore dirum virum exaestuas, nec
erubescis nuptias, nec revereris maritum. Sed
etiam tu vir, depone tumorem cordis, et as-
peritatem morum, cum sedula tibi uxor oc-
currit; propelle indignationem, cum blanda
conuax ad charitatem provocat; non es dominus,
sed maritus, non ancillam sortitus es, sed uxo-
rem: gubernatorem te Deus voluit esse secus
inferioris, non praepotentem: redde studio vicem,
reddere amori gratiam, ut divinam in hac vita
consequaris, quam nobis donare dignetur, qui
cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat
in saecula saeculorum. Amen.**

HOMILIA III.

*De triplici spiritualium nuptiarum genere
dissertitur in illa eadem verba: Nuptiae
factae sunt in Cana Galilaeae.*

Ad tria polissimum capita non inepte, ut
arbitror, revocari posse censeo omnes spiri-
tuales nuptias: nimirum ad eas, quae semel
celebrae fuerunt inter Verbum divinum, et
naturam Christi humanam: ad illas, quae quo-
tidie per iustificationem inter Deum, et ani-
mam contrahi credimus, ac tandem ad ex-
crahiles illas, quae inter diabolum, et mi-
seram animam frequenter, pro dolor, ineun-
tur. Et quidem ut ab illis nuptiis exordiar, et
de quibus dictum est (Matt. 22): *Fecit rex nup-
tias filio suo; videor mihi audire eum, qui so-
lum sapit, quae carnis sunt, dicentem: ubi
sponsus, ubi sponsa, ubi nuptiarum locus? ubi
convivia, ubi dapes, ubi cantus? et simi-
lia in nuptiis frequenter adhiberi solita? cum
enim ille carnales non viderit epulas, sym-
phonias, et musicorum non audierit sonitus,
de choreas ducentium senserit tumultus, deli-
ramenta esse putabit, quod prophetarum vo-
cibus Spiritus sanctus proloquitur; et praeter
id, quod sensibus subiacet, nil esse arbitra-
bitur. At quisquis spiritu vivit, et spiritu am-
bulat, qui prophetarum oraculis credit, fide-
liter haec omnia confitetur, veneratur, et col-
lit: utriusque namque testameuti doctus elo-
quius, quod dicitur, fatur, et quod expertus
est, non veretur asserere, prophetam audit di-
centem (Isa. 61): *Quasi sponsam decoratum co-
rona, et quasi sponsam ornatum monilibus suis;*
et eundem iterum: *Et gaudebit sponsus super
sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.* Alium
quoque prophetam, et plusquam prophetam,
quo nullus inter natos mulierum surrexit ma-
ior, audit loquentem sic: *Qui habet sponsam
sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat, et
audit eum, gaudium gaudet propter vocem sponsi.*
Sub hoc quidem sponsi, ac sponsae vocabulo
sanctus Spiritus, divinum ob hominum genus
voluit commendare charitatem, et Verbi ad
animam spiritus unitatem. Si enim relinquens
homo patrem, et matrem, et uxori adhaerens,
fit unum cum ea, et sic efficiuntur duo in car-
ne una, quantum magis humana divinae adhae-
renturae in unitate personali unum fient?
sed et si quis adhaerens meretrici, unum ef-
ficetur corpus, nonne amplius si Ecclesiam ad-
haeret Christo, unum corpus sunt? Sacramen-
ta magna haec sunt, profunda mysteria, spi-
rituales nuptiae, et spiritualiter perscrutanda:
sponsus namque Verbum est, sponsa humana
natura, sponsa sancta Ecclesia, sponsa fidelis
anima. Erat quidem beata Virgo thalamus pu-
ritatis nitidus, moribus ornatus, et omni praedi-
catus sanctitate, floribus aspersus, virtutibus
decoratus, fragrans castitatis odore, charitate
fervens, virginitate redolens, pollens humilitate:
ipsa est gloriosa domina, et beata foemina:
innupta, et foecunda: mater, et virgo:
ancilla, et genitrix: quae culpam abstulit, et
dedit gratiam: quae conlulit mundo pacem,*

hominibus Deum, finem vitis, vitae ordinem,
moribus disciplinam. Ipsa est quae suscepit
Verbum, concepit filium, et peperit Christum:
ipsa effecta est porta coeli, paradisi ianua,
stella maris, solatium mundi, peccanti refugium,
naufraganti portus, auxilium periclitanti,
erranti via, desperanti salus, mundi
interitrix, interemptrix peccati, diaboli ter-
ror, et spiritualibus nequitiis pavor. Ipsa est
tabernaculum testamenti, arca foederis, tem-
pli propitiatorum, thronus Dei, Virga flori-
da, nubecula levis, hortus conclusus, signatus
fons, porta clausa, columba immaculata, rosa
redolens, liliu candens, flos nitens, virgula
fumans, oliva virens, vitis fructificans,
cupressus se attollens, palma frondens, tere-
binthus se expandens, campus germinans, terra
pululans. Est etiam ipsa gloriosa aurora
surgens, lucifer rutilans, luna pulchrior, sole
splendens, auro purior, gemmis pretiosior,
balsamo suavior, margaritis carior, nectare
dulcior, omni harmonia delectabilior. Haec
est virgo pudicissima, quae chyrographum a-
bolebit decreti, et protoparentum abstulit op-
probrium, quereni saeculo stillicidia gratiae
irroravit, et ipsum foecunda ditavit fruge,
quae pereunt mundo, et aquarum diluvio i-
nundanti portum salutis aperuit. Haec nemp-
te est Virgo sanctissima, quae virtutum omnium
ornata decore, et gratiarum plenitudine, atque
donorum coelestium irradiata fulgore, coelo-
rum regem suo ad se traxit odore: eximio
namque innocentiae, ac virginitatis respersa
candore, tanquam prae ceteris sanctior, Dei
mater efficitur. Haec quidem propter humili-
tatis meritum, et ferventissimum charitatis af-
fectum ab Altissimo adamat, eligitur a Verbo,
foecundatur Spiritu, divina prole ditatur, in
Scripturis praefiguratur, a prophetis praenunciatur,
praeprocuritur archangelis, coelesti, omnique
praefertur militiae: quem enim natura miratur,
Maria mente concepit; concepit in ventre,
gestavit in utero, nutritiv lacte, fovit gremio,
brachiis amplexata est. Dignum quippe fuit,
ut talis esset mater unigeniti Dei plasmatoris
omnium, conditoris saeculorum. Quicquid hono-
ris, quicquid gratiae, quicquid est gloriae,
tam fuit in Maria: magna quum nascitur,
maior, quum concepit: ubique sancta, ubique
plena, ubique immaculata: sancta quidem
mente, et corpore: plena gratia, ac virtute:
immaculata verbo, et sponso. Verumtamen si
tanta donorum praerogativa beatae Virgini col-
lata est, ut genitrix fieret Domini, quantum
putandum est, praerogativa esse homini Deo?
si innumerabilem ornamentis meritum no-
vius praeditum thalamum nuptiale, qualia
aestimanda sunt sponsae monilia? quantum a
solis splendore lunae distat claritas, aut stel-
larum, tantum munera Christi a matris mu-
neribus. Nulla hominis facundia, nullus hu-
manus explicat sermo excellentiam unionis di-
vine, humanaeque naturae. Itaque cum ad
intelligendum huiusmodi sacramentum mens
accedit humana, abigat omnino a se terrena-
rum caliginem rationum, et ab illuminatae
fidei oculis mundanae sapientiae fumus ab-
sedat. Cedat Dei sapientiae, et divina fidei

luce praelucente contenta sit mens nostra fir-
miter credere Verbum, quod in sinu Patris
erat, absque viri operi, divino spiramine co-
operante, humanam carnem induisse, et ad
unitatem suae personae, consubstantiali unionis
articulo, illam sibi copulasse. Paucis tamen,
ut ad secundas nuptias sermonem convertam,
indissolubile hoc vinculum Verbi divini cum
humanae propter compendium explicabo. Fuit
hoc matrimonium de futuro celebratum in
prophetarum oraculis incarnationem Filii Dei
praedictibus: de praesenti autem contractum est
in Christi conceptione: divulgatum ab angelis
in eius nativitate: ratificatum in portentis, et
miraculis, praesertim tamen in prodigiosa Eu-
charistiae institutione: consummatum in acerba
eius passione, illo dicente, ut refert d. Ioan-
nes (c. 19): *Consummatum est;* ac tandem ma-
nifestatum ab hominibus in Apostolorum praed-
icatione.

Ceterum iam ad secundum genus nuptiarum,
quas Verbum divinum cum singulis iustorum
animabus spiritualiter contrahit, deveniamus.
Certe divina opera, atque sapientia ipsius pro-
funda mysteria, quo diligentius consideratur,
eo amplius contemplantis animum admiratione
replet, et gaudio: admiratione quippe propter
altitudinem sapientiae, gaudio propter cla-
ritatem veritatis agnitae. Quis vero non mire-
tur, et gaudeat, si ad naturae innumerabilia
opera mentis oculum figere voluerit, atque
cogitando penetrare? in quoqueque elemento,
infinita sunt veneratione digna: quum enim
prata rident, et flores vernant, variaeque co-
loris circumquaque sparguntur, quis non exul-
tet spiritu in opificis laudibus ad odorem, de-
coremque florum, et terrae foecunditatem?
de eodem solo, exiguo in loco, unde tanta spe-
cies, tam diversae formae, tam multicolores?
nemo de hoc terrae elemento quanta germi-
nent, sufficit enarrare, auri fulgor, argenti ni-
tor, sonoritas aeris, ceterorumque metallorum
varia genera, carbunculus, smaragdus, sa-
phyrus, chrysolithus, topazius, adamas, et
aliae quamplurimae gemmarum qualitates;
balsamum, cynamomum, fistula, nardus,
crocus, piper, cyminum, multaque alia odo-
ramentorum genera; cupressus, cedrus, pal-
ma, oliva, abies, pinus, arbores quoque a-
liae, et frutela quae innumeralia de ipso
terrae elemento procreari noscuntur, quin et-
iam ipsum hominem his omnibus praestan-
tiorum de eadem principium habuisse perspi-
cuum est: sic namque divina testantur eloquia
(Gen. 2): *Formavit Deus hominem de limo ter-
rae, et inspiravit in faciem eius spiraculum vi-
tae.* Cuncta haec, quae memorata sunt, sensi-
bus patent carnis, longe autem meliora sunt,
quae latent in iis, quae gignuntur de ventre
terrae, et nota sunt, vel esse possunt rationi
mentis, videlicet de virtutibus herbarum, de
proprietalibus rerum. Multi quidem horum
tractatores fuerunt, qui non omnia, sed de
plurimis aliqua investigando dixerunt. Quod
autem de iis, quae ex terra produciuntur, hoc
de reliquis elementis dici posset. Cuncta ista
videntis causa reddenda censet. Miranda eadem
sunt, quae naturaliter divina operatur maiestas,